

# Franckesche Stiftungen zu Halle

## Pauli Manutii Epistolarum Libri XII

**Manuzio, Paolo**

**Lipsiæ, Apud Johann. Herebord. Klosium, Anno 1707.**

**VD18 11417161**

Illustri Comiti Michaeli Turriano, Cenetensi Episcopo, Cenetam. ... Epist. I.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

EPIST. LIB. IV. 197  
**EPISTOLARUM**  
PAULI MANUTII.

LIBER IV.  
**ILLUSTRI COMITI MICHA-**  
**ELI TURRIANO, CENETENSI**  
Episcopo, Cenetam.

**Lib. IV.**

EPIST. I.

*Agit Turriano Comiti & Episcopo gratias, quod  
eius liberalitate à gravissima curis sit levatus, quod con-  
solatione erexitur, atque hoc nomine ipsum laudat, do-  
letque, quod hactenus facultatem venienti ad ipsum non  
habuerit.*

*Form. Deserve alicui studia sua. Interim memo-  
ria tui fruar. &c. (A)*

**A**ngebār animi, nec fieri qvidq̄am posse  
mē uno miserius opinabar: ita multa hoc  
anno pr̄ter exspectationem, prorsus ad-  
versa meis rationibus, obtigerant; fratris primum  
amantissimi, deinde filioi svayissimi interitus, uxo-  
ris morbus, invaletudo mea, rei familiaris incom-  
moda. Qvām facile, nullo penē strepitu, rerum  
mearum conversus orbis est. De fratre, & filiojam  
fero moderatiū; vel qvōd, ut solet, medetur  
dies; vel qvia, qvod æterna lege Deus constituit,  
id abrogare velle, non solum iustitia, verū  
etiam imprudentia videtur esse. Uxor convaluit:

N. 3.

ego.

ego satis firmus. Domestica verò damnata, quæ sarciri vix unquam arbitrabor posse, facile compensat amor in me tuus; cuius mihi recordatio molestias omnes diluit; quandoquidem vis, me ad omnem nescasus (recordor enim tua verba) subsidium in tua benignitate maximum constituere. Itaque levatus à gravissimis curis, premi jam onere officii me sentio: in quo sustinendo viribus emitari cunctis & animi, & ingenii: tantumque? imò etiam iis, quas benevolentia erga te nostra, & singularis addet observantia. Quid porro tam difficile, aut tam amplum est, quod incitata studio voluntas non assequatur? veruntamen in hac re sentio esse haud paulò difficultius mihi satisfacere, quam tibi. Te enim nihil in conferendo beneficio spectare præter ipsam virtutem, quæ suis gaudet ac fructibus, nihil extrinsecus assumit, satis mihi multò antea persvasum est; præterea nulla re indigere, non gloriā, quamjampridem abundas; non divitiis, quas & possides jam, & contemnis. Ego verò, qui & antea annos sex, quo te primum die sum allocutus, eo ipso die benignitatis tuæ prestantiam non vulgari munere sum expertus; & nunc ab eadem benignitate multò etiam majora, te jubente, cogor exspectare: prorsus ancipiti cura distrahor, qui neque gratiam tibi unquam referte, neque nudam voluntate contentus esse possim. Succurrunt enim multa, quæ libenter cogitem; primum humanitas tua, quæ me semper complexus es; deinde liberalitas, quæ sublevasti; postremò consolatio illa Christianæ pietatis, & sapientiæ plenissima, quæ

me

hon  
xisti  
lis o  
util  
exc  
coll  
tian  
auc  
Etat  
dan  
nib  
nar  
troc  
qui  
eni  
ean  
int  
pla  
gef  
acc  
ma  
gre  
pot  
ma  
ive  
tio  
ista  
run  
tiâ  
orr

me qvidem proximo Quintili mense, cum ad te honoris causā Cenetam accessissim, afflictum erexit. Atque hęc, qvibus meis erga te officiis? nullis omnino, salutatione exceptā, qvæ ipsa mibi tum utilis ex prudentia atq; eruditione tua, tum etiam ex dignitate perhonorifica fuit. Qvæ cūm omnia colligo: eximiam istam planeq; divinam beneficentiam insitam tibi, vel potius ingeneratam à natura; auctam doctrinā, usū confirmatam, atque perfectam, satis admirari non possum. Et simul ad qvosdam, opibus affluentes, multis imperantes nationibus, cogitationem convertens, doleo vicem bonarum artium, qvæ deseruntur ab lis, qvorum patrocinio si uterent, fructum retribuerent eum, qvi est omnibus imperiis anteponendus. Quid enim est immortalitate præstantius? qvis autem eam, nisi benefic̄o literarum, conseqvitur? laterent in tenebris, obruti veritate, Cæsares, Alexandri, planè omnis antiquitas, nisi rerum præclarissimè gestarum, qvas cum audimus, imitandi cupiditate accedimur, testem haberemus historiam. Quo magis tibi gratulor, Antistes & idem Princeps egregiè, qvi hanc veræ laudis penè vacuam, hodie possessionem tam libenter occupies, veteremq; majorum tuorum de omnibus benè merendi civitutinem, nullā prorsus tuarum fortunarum ratione habitā, constantissimè retineas. Qvōd verò istam virtutem multis præterea virtutibus, usū rerum maximarum, prudentiā, doctrinā, eloquentiā, maximè verò humanitate cumulas, atque externas; siccirco & antea Romæ, atque in ruis lega-